

JOHANNIS BUXTORFI
DE
ABBREVIATURIS
HEBRAICIS

Liber novus & copiosus.

Cui accesserunt

OPERIS TALMUDICI

Brevis recensio, cum ejusdem li-
brorum & capitum Indice.

Item

BIBLIOTHECA RABBINICA

*nova, cum Appendice, ordine
Alphabethico disposita.*

EDITIONE hac ULTIMA.

Omnia castigatiora & locupletiora.



FRANCOURÆ,

Apud JACOBUM HORREUM,
M. DC. XCVI.



LIBR. SAMUEL DOR

KÖNYVTÁRA

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára



VIRIS REVERENDIS
ET. CLARISSIMIS,
D. CONSTANTINO
L'EMPEREUR ab OPPYCK,
D. HENRICO A DIEST,
*Sacrarum & Hebraicarum
literarum*

DOCTORIBUS & PROFESSORIBUS

Celeberrimis, Amicis honorandis,

JOHANNES BUXTORFIUS FIL.

S. P. D.



Ovam hujus libelli, ante viginti septem annos primùm à Patre meo b. m. in lucem emissi, editionem, sub Vestro, Amici honorandi, nomine hac vice conspici & prodire volui. Nam ut illi primùm nascenti, Illustrem

* 2

elegit

DEDICATORIA.

runt) adscripserat, quæ ipsemet adji-
cienda observarat. Tale exemplar ha-
bebam & ego, in quo nonnulla adno-
taram, quæ mihi progressu temporis
fese obtulerunt. Ad hæc, accedebant
ad Bibliothecæ Rabbinicæ augmentum
subsidia externa, Catalogi nimirum
varii librorum Rabbinicorum, ex di-
versis locis, cum à Christianis, tum à
Judæis, nobis transmissi. Illi diligenter
cum nostris conferendi erant, & quæ
nova exhiberent, his addenda. Sed in
plerisque, Judaicis præsertim, hoc de-
siderabatur, quòd nudos tantum titu-
los, non etiam argumenta librorum,
indicarent. Judæi hæc nobis invident
ut plurimum: ex Christianis pauci sunt,
qui copiâ librorum Hebraicorum abun-
dant; pauciores, qui eam habeant vel
peritiam, ut possint, vel patientiam,
ut velint istiusmodi, situ, squalore &
foetore horridos plerumque & abomi-
nabiles Judæorum codices, pervolvere.
Hinc nonnullus mihi labor natus, to-
tam hanc Bibliothecam Rabbinicam de
novo instruendi, & describendi. Passim
* 3 etiam

EPISTOLA

elegit Parens meus Patronum, D. Phi-
lip. Mornæum: ita, cum ille fato jam
pridem decesserit, & tædiosam hujus
vitæ negotiorum curam depoluerit, ei-
dem nunc renascenti, nobilium quo-
que & celebrium Theologorum nomi-
na præscribere, haud abs re fore visum
est. Neque verò, dum hoc facio, vel
defuncto quicquam aufero, vel aliena
vobis offero. Quod prius tanto Viro
dicatum, omninò inviolatum cupio &
linquo: quod nunc meâ quali quali in-
dustriâ, novi vel ornatus vel apparatus
accessit, illud est, quod Vobis, Viri
Clarissimi, nuncupo & consecro. Ac-
cesserunt enim ei hæc *παλιγγενεσία* addi-
tiones & emendationes variæ, cum in
Abbreviaturarum serie, tum inprimis
in Bibliothecæ Rabbinicæ recensione,
utpote materiis, quæ à quovis & sem-
per, ex jugi lectione & continuâ experi-
entiâ, augeri possunt. Additiones illæ
profectæ sunt partim ex Paternis reli-
quiis, partim ex propriis scriniis. Reli-
quit enim ille exemplar, cujus magini
(ut quivis authores facere consueve-
runt)

DEDICATORIA.

à te accepi hætenus, quantum amicus ab amico accipere & expetere unquam possit: ea in me amando tua est constantia, ea pro meis rebus cura, ut in posterum quoque non minora constanter à te sperem. Tantum itaque etiam me tibi debere profiteor, quantum Amicus amico unquam debuit, vel debere poterit. Te verò, *Diesti* charissime, quod attinet, plures nosti esse causas, cur meritò, sub Parentis & meo nomine, aliquod affectus in te nostri *μνημόσυνον* extare debeat. Si eas recensere vellem, longius ex mihi essent repetendæ. Meministi, quàm sincero affectu Pater meus b. m. ante hos 24. annos, à primo statim aspectu & complexu tuo, te sit profecutus, quantâ curâ tuis rebus, tuisque studiis cautum & prospectum esse voluerit. Grator in paternas ædes hospes nullus unquam venit: magis desideratus nullus unquam discessit: nullius etiam ac Tui memoria æquè recens unquam permansit. Jam, si de nostra privatim necessitudine, & perpetuâ

* 4

cùm

EPISTOLA

etiam haud paucorum librorum, qui jam in priore editione producti erant, argumenta, tunc minùs adhuc cognita & perspecta, accuratiùs nunc sunt exposita. Expectaveram ante absolutam editionem adhuc Catalogum librorum in Oriente extantium, sed frustra: si posthac recepero, curabo, ut per appendicem huic annectatur.

Cur verò Vobis, Viri Clarissimi, laborem huncce inscribere & dedicare voluerim, ipsimet haud obscurè potestis colligere. Nam, ut nihil nunc dicam de Vestra Pietate, Eruditione, Nominis celebritate, & magnis erga Rempublicam literariam meritis, quibus jure hæc & majora debentur, vestra privatim in me merita, vestraque sincera amicitia, jam dudum publicum aliquod mei in vos affectus testimonium requirebant. Etenim ex quo Tu, Clariss. D. *Constantine*, me Amicorum Tuorum Catalogo adscripsisti, quot quantisque inusitata benevolentia officii me tibi devinxis, non est hujus loci referre. Tantum consilio & auxilio

à te

DEDICATORIA.

Illustri & verè Generoso Viro

D. PHILIPPO MORNEO PLESSIACI
MARLIANI DOMINO, &c.

JOHANNES BUXTORFIUS

S. P. D.

Pro eximia tua & singulari erga
bonas literas earumque cultores
benevolentia, **VIR ILLUSTRIS**,
hanc, quæso, publicæ salutationis meæ,
patienter sustine audaciam, quæ quanto
in me major, tanto ad eam magis miti-
gandam, illustris tua & præclara sese
extendat gratia. Me certè ad amicum
tui per literas alloquium, jam pridem
solicite titillavit animus, sed obstitit
præcelsum tuarum virtutum fasti-
gium, meæ tenuitatis status depressior,
locorum distantia maxima. Nunc tamen
& constans de insigni Tua benignitate
concepta sententia, & literarum quas
tracto, & in quarum sacratius adytum
Tu quoque ingressus es, dignitas ac præ-
stantia, ista omnia obstacula mihi excuf-
serunt, & intrepide accedere per suase-
runt. At verò, ut divinum est oraculum:
NULLI CORAM ME VACUI

* 5

COM-

EPISTOLA

cùm animorum tum studiorum con-
junctione, Basileæ & Heidelbergæ,
per plures annos suavissimè olim con-
tinuatâ, vellem verba facere, plures
mihi paginæ complendæ essent. Quem
privatim à nobis audient, legant ali-
quando & hîc publicè, amorem no-
strum indissolubilem, filii nostri, eum-
que simili affectu, similibus studiis,
& paribus etiam, aut etiam majori-
bus successibus, per Dei gratiam,
imitentur, æmulentur. Valet, Viri
Clarissimi, & publicum hoc allo-
quium boni consulite. Dabam Basileæ
20. Febr. Anno 1640.

Illustri

DEDICATORIA.

מנין שהוא סמוך לארבעי ר' יהודה אומר
 ארבעים שלימות הוא לוקר / *id est*, Quot
 (plagis) cædunt eum? quadraginta
 minus unâ, juxta id quod dicitur: *Cum
 numero quadraginta*, h. e. numero qui
 proximus est numero quadragesimo.
 R. Jehuda autem statuit, quadraginta
 integris flagellandum esse. *Ratio hujus
 Traditionis plenius explicatur & deci-
 ditur in subjecta ipsi Gemara, his ver-
 bis*, מ"ט אי כתיב ארבעים במספר הוה,
 אמינא ארבעים במניינא דכתיב במספר
 ארבעים מנין שהוא סוכם אה הארבעים
i. e. Quæ ratio est? (*quis sensus ratio-
 nis, quam Mischna sive Traditio ad-
 fert?*) Si scriptum esset, *Quadraginta
 in numero*, dicerem, (*intelligenda esse*)
 quadraginta numero (*pleno*): nunc
 verò, quia scriptum legitur, *Cum nu-
 mero quadraginta*, intelligitur nume-
 rus, qui numerat (*statim post se*) qua-
 draginta. *Notandum hîc, distinctionem
 versus per Sophpasuk, sive duo majora
 puncta, inter ארבעים & במספר hîc à
 Talmudicis negligi, & במספר ארבעים
 conjunctim legi, sub forma constructio-
 nis*

EPISTOLA

*cepisse scribit, 2 ad Cor. 11. 24. Hujus
 rei ratio queritur: nec enim sine ratio-
 ne Patres Traditionum Judaicarum id
 statuerunt. Habent autem semper sua
 rationum momenta, abstrusa, aperta,
 lubrica, solida, straminea, ficulnea,
 quibus suas Traditiones suffulciunt.*

*Verba legis divinæ sunt: והיה אם בן
 הכות הרשע והפילו השופט והכהו לפני כרי
 רשעתו במספר: ארבעים יכנו לא יוסיף להכותו
 על אלה מכה רבה ונקלה אחד לעיניך:
 id est,* Erit autem si dignus sit flagris improbus
 iste, faciet Judex ut posternatur ille,
 & cædatur coram ipso, juxta impro-
 bitatem suam cum certo numero: Qua-
 dragenis (plagis) percutiet eum, ne-
 que addito cædere ipsum supra illas
 plagis pluribus, ne vilis fiat frater tuus
 in oculis tuis, Deuter. 25. 2. *Hoc Pa-
 tres Traditionum non de quadraginta
 plagis plenè, sed minus unâ, id est, tri-
 ginta novem, intellexerunt. Textus hac
 de re expressus in Corpore juris Talmu-
 dico, libro מכות Maccoth, cap. 3. in
 Mischna, hisce verbis: כמה מלקין אותו:
 ארבעים חסר אחת שנאמר במספר ארבעים
 מנין*

DEDICATORIA.

gis inventum, & firmissimum scil. Traditionis istius fundamentum. Subtilius postea de eo philosophati sunt quidam posteriores Rabbini, ut R. Bechai, R. Abraham in Fasciculo myrrhæ, & alii, quorum subtilitates prudens omitto: non enim hic est locus ipsarum. Nostri interpretes plerique, clementiæ aut humanitatis majoris causâ, subtractam unam plagam existimant, sed ex præcedentibus satis apparet, Judæis id esse de genuino Legis sensu. Nam si videretur non posse omnes plagas ferre, detrahebant quasdam. Id liquet ex Mischna eadem, quæ sic ait: אמרוהו לקבל ארבעים לוקה מקצת ואמרו אין יכול לקבל ארבעים פטור / אמרוהו לקבל שמונה עשרה משלקה פטור / אמרו יכול הוא לקבל ארבעים פטור id est, Si (judices) æstimaverint (condemnaverint) eum ad recipiendum quadraginta plagas, cæsusque fuerit nonnihil, & dixerint, non posse eum sufferre quadraginta, liber est (scil. reus à suscipiendis reliquis, & sufficiunt ipsi, quotquot accepit, quia paucis istis jam tantopere deformatus & vulneratus est, ac

si

EPISTOLA

nis substantivorum, quasi dicas, Cum numero quadragesimi, id est, ut Mischna interpretatur, qui proximus est quadragesimo: vel, ut Gemara, qui numerat quadraginta: vel, ut R. Salomon Gallus, qui perficit numerum של ארבעים qui in causa est, ut post eum statim numerentur quadraginta, & iste est numerus Triginta novem. Majemon post R. Salomonem in eundem sensum scribit, inquiens: Si dixisset ארבעים במספר Quadrageinta numero, æquum esset, ut intelligerentur quadraginta plenè, quia verò præmittit במספר / vult dicere, ne verberetur plagis infinitis, sed במספר ידוע numero certo & definito, prout possit ferre, sicut dicitur, כדי רשעתו במספר Juxta improbitatem suam numero certo: & quando postea statim subjicitur, Quadrageinta cædet eum, sensus est, usque ad quadraginta. Id tempore Apostolorum sic usitatum fuisse, Paulus suo exemplo testatus est, & confirmavit Josephus lib. Antiq. 4. cap. 8. Atque hoc subtile est Patrum circumcisorum de triginta novem plagis

DEDICATORIA.

Ex eadem mente Lyra scribit: Sapientes verò Judæorum, ad prætendendum pietatem ordinaverunt, quod de illo numero aliquid dimitteretur, plus vel minus, prout rationabiliter videretur ratione delicti, vel conditionis verberandi. Hinc patet, nec Burgensem, nec Replicatorem, Judæorum statuta intellexisse. Chrysostomus Hom. 25. in cap. II. ep. 2. ad Cor. subtractam unam plagam scribit, ne, si reus plus quàm quadraginta accepisset, infamis redderetur. At vox Hebræa נקלה hoc, ut mihi quidem videtur, non significat. Sic fuerunt rationes Doctorum communium de numero plagarum, à quib. discessit R. Jebuda, qui quadraginta plenè voluit, sed אין הלכה כרבי יהודה non fuit recepta sententia secundum R. Jebudam.

Videamus & formam, quæ in pœna hac infligenda fuit observata. Ex textu Scripturæ apparet, fontem fuisse prostratum; fuisse cæsum coram iudice, ut is excessum, si quis fieret, temperaret: fuisse lentè & sensim flagellatum, ut plagæ numerari possent. Sed produca-

* *

mus

EPISTOLA

si omnes accepisset plagas) si æstimaverint eum ad recipiendum octodecim plagas, & postquam cæsus, dixerint, posse eum sufferre quadraginta, liber est. (quia sententiæ stetit, sed potest reliquas suscipere die sequenti.) Bartenora inquit: Quicumque cædebantur in domo iudicii, eos æstimabant prius, (ad certum numerum condemnabant) ne morerentur propter plagas, sicut scriptum est: לא יוסי Non superaddet istis, quod docet, si opus sit minuere plagas, minuuntur. Sic & Majemon statuit, prohibitum esse superaddere plagis quadraginta, non autem detrabere, ne vel minimum reus vulneretur, & despectus ac deformis fiat frater ipsorum; vel ne planè ex ictibus moriatur. Non enim omnes, plagis æqualiter ferendis, ex æquo dispositi sunt. Cum his consentit doctissimus interpres Latinus, qui scribit: Æqualis quidem non præfigitur modus, ut pariter omnes verberentur: tantùm interdicitur, ne ad summum pro delicto ultra plagas quadraginta iudices infligere jubeant.

Ex

DEDICATORIA.

sepe domini sui, Israel autem non cognoscit, Jesa. i. q. d. Deus: Veniat asinus, qui agnoscit præsepe domini sui, & vindictam sumat ab eo qui non agnoscit præsepe domini sui. Manubrium; lignum unde lorum bubulum dependebat, longitudinem habebat palmi. Ipsi foramen erat inditum, unde duo breviora lora ascendebant vel descendebant, id est; contrahabantur vel laxabantur, pro ratione corporis cædendi. Latitudo; lori majoris bubuli. Ad os ventris; Ad umbilicum & pectus. Tripliciter; Singuli ictus triplices erant: longius lorum pectus & anteriorem ventrem cædebat, juxta illud; והכה לפניו. Et cædet eum ad conspectum ejus: Ergo triplex hujusmodi ictus loco trium erat, & proinde infligebant duntaxat tredecim plagas, quia ter tredecim sunt triginta novem. Triplicatio hæc fundata in textu Legis de hac pœna, in quo ter Cædendi verbum repetitur, nempe והכהו / יכנו / להכות. Hinc in eadem Traditione, אין אומדין אותו אלא במכות ראווה, להשתלש * * 3

EPISTOLA

utrinque ad lignum. Minister coetus jud. מן הכנסת aliàs communiter vocatur minister synagoga sacrae; hic autem sumitur pro ministro judiciali, lictore, carnifice, qui sententias latas exsequitur. Rumpuntur; extra suturam. Vestes detrahendæ erant usque ad femora, sive per rupturam, sive per scissuram suturæ. Post eum; fontem. Lorum taurinum; bubulum oblongum, ut ventrem penè circumiret. Bubulum erat, quia, cum dicitur, Quadraginta cædet eum, statim subjicitur, Non obturabis os bovi trituranti, q. d. qui hoc facit, sentiet pellem bovis in sua pelle. Duplicatum; Utrinque loro bubulo additum lorum minus asininum, sed bifidum utrumque, quod dicit Gemara, Unum in duo, & duo in quatuor. Ascendebant; promoveri poterant sursum vel deorsum, prout necessitas postulabat, non secus ac cingula & stapedes ephippii contrahuntur & laxantur. Breviora erant, quia femora tantùm debebant attingere. Ex asino, juxta illud: Agnoscit bos possessorem suum, & asinus præsepe

DEDICATORIA.

initio cœptum alloquium finiam. Tu ex
 iis, quibus Hebræorum monumenta in
 pretio, ut præstara tua Scripta satis
 superque testantur. Vehementer certè,
 post aliorum tuorum lectionem, delecta-
 tus sum Admonitione tuâ ad Judæos de
 Messia, in qua secretiores quosque He-
 bræorum libros, ad argumenti tui pro-
 bationem, affluentissimè producis. Quem
 non delectet cum talibus literarum prin-
 cipib. amicè & modestè de bonis literis
 colloqui? At dices מה לא יללה בין האריות
 Quid cervæ inter leones? immò soli leoni
 ex feris clementia in supplices, prostra-
 tis parcit, teste Plinio lib. 8. cap. 16.
 Socium modò non fert. Nec ego me in
 magnatum societatem familiaris in-
 gesserim, memor ejus, לא תחודע לרשות
 Ne familiaris fias principatui. Sunt ta-
 men Principes & suorum scutum, &
 supplicum refugium. Quò ista Hebræo-
 rum paræmia facit, שלחו מתם ליכעי
 רחמן איתכליא על עליא דאלימלא עליא לא
 מתקימין איתכליא / id est, Mittebant inde
 (ex Babylonia) botri uvarum ad imploran-
 dam gratiam pro foliis: quod si enim
 non

EPISTOLA

gis quæ convenientes sunt ad triplican-
 dum. Et R. Bechai, הנכות הן משולשות
 ושלשה פעמים י"ג הם ט"ל Plagæ sunt tri-
 plicatæ, & ter 13. sunt 39. Manu suâ
 unâ; Ambabus attollebat lorum, unâ
 infligebat ictum, quia id convenientius.
 Ex omnibus viribus; Juxta illud מכה
 רבה Plagâ vehementi. Præco; Prima-
 rius Judex acclamabat ipsi, legendo vel
 recitando dicta sequentia Scripturæ,
 quæ partim ad pœnitentiam, partim ad
 consolationem instituta: Judex secun-
 dus numerabat ictus: tertius monebat
 ad cædendum, proclamans, חכהו Cæde
 eum. Cùm multi adhuc restarent ictus,
 Judex primus producebat sermonem;
 cùm pauci, deproperabat, ut cum fine
 plagarum, finiret sermonem suum. Cæ-
 terum Consistorium minus & inferius,
 quod trium erat judicum, tractabat דיני
 ממונות res pecuniarias, lites & similes
 causas civiles, quæ mortis pœnam non
 attingebant, & huic quoque flagellatio,
 quam מלקות Malkus vocant, erat subje-
 cta, de cujus forma hæc dixisse sufficiat.
 Ad te nunc, Vir illustris, redeo, ut
 initio

EPIST. DEDICAT.

non essent folia, non possent subsistere
 botri, *Cholin fol. 92. 1.* Nempe ut folia
 botros ab injuriis tempestatum defen-
 dunt: sic principes gratiæ & potentiæ
 scuto obtegunt & tuentur subditos. ד
 למבין Sat sapienti. Benignè ergo, vir il-
 lustris, patere, ut hocce meo libello te-
 nuui, in tuam gratiam me insinuem, & ut
 liber ipse præclari tui nominis authori-
 tate munitus, tanto liberius in aliorum
 conspectum prodeat, ac sui studiosos plu-
 res occupet. Quod si intellexero, non so-
 lum ad majoris Operis, in quo jam per
 aliquot annos desudo, alacrem continua-
 tionem mirificè me accendes, sed faciet
 quoque Tuæ benevolentia aura serenior,
 ut hæ ipsæ Abbreviaturæ & Bibliotheca
 Rabbinica, crescant occulto velut ar-
 bor ævo, ut Horatius Carm. l. 1. 12. lo-
 quitur. Et Ψεγάδες ὀμῆρον γανῶσαι. Sic
 Te Deus præpotens ecclesiæ suæ colu-
 men, omnis doctrinæ illustre fastigium,
 piorum patrocinium immotum, insupe-
 rabile, tutissimum, clementer diutissi-
 meque conservet. Vale optimè. Basileæ
 7. Aug. Anno Christi MDCXIII.

JO-

Antiqui Biblior Codices

- 1 Septer Hiel. Codex Hillelraius
cuius mem. ait El. Lea. Tab. fac. Sum. le. Rab. Hiel.
antore. cuius putant Hillelem Babyloni. 100
an. cir. ante templi secund. destr. in
orientem. et Hillelem Principem qui in iuda
et 270 celeb. fuit reg. R. iud. Simeon
Morim. Hispanum quendam iudam
- 2 Septer Jada. Bemisraim Codex
Patri. celeb. in aegy. p. de quo
Maim. in Hil. Sep. Tract. c. 8. d. 4.
- 3 Septer Babel Codex Babyloni. ad
lectionem R. Moysi qui vixit circa et 1034
ep. ann. natus. p. de tab. Neptoli
- 4 Crane Israel sibi Israel. in iudea
Palaestris qui sequebant. lectionem Ben
Sifor. dicit. tiberiensis coet. anni Neptoli
hunc sequebantur hodie Europaei
- 5 Sinai sibi de Pentateuch. emendat. y
de quo El. Tab. fac.
- 6 Pentateuchus Jericbunus. s. Thomas
Jericho. de quo El. y
- 7 Hierosolimitanus El. y p. n. esse q.
Ben Sifor. coet.
- 8 Septer Aspania. lib. thsp. sum. p.
ab. lib. thsp. emendat. y
- 9 Nosach Samroni Exemplar Sama
ritanum. Flura. O. P. l. 1. d. 1729

Országos Képzési és Zsűri Egyetem Könyvtára

Ion Anar. B. ...
Zabibim ...
Dr.

A
5604

